

ΧΟΡΟΣ.

ἰὼ ἰώ,

140

δεινὸς μὲν ὄρα̃ν, δεινὸς δὲ κλύειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

140 μὴ μ', ἱκετεύω, προσίδητ' ἄνομον.

ΧΟΡΟΣ.

Ζεῦ ἀλεξήτορ, τίς ποθ' ὁ πρέσβυς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

οὐ̃ πάνν μοίρας εὐδαιμονίσαι
πρωτῆς, ὧ̃ τῆσδ' ἔφοροι χώρας.

145

V. 143. πρωτῆς ex coniectura Vauvillersii scripsi. Libri πρώτης.

non oculis video; caecus enim sum.

V. 140. Schol.: ἄνομον' ὡς ἄνομον. Rectius statuemus, προσοράν τινα ἄνομον similiter dictum esse atque λαγχάνειν, κυχάνειν, τυγχάνειν cum duplici genitivo (vide quae ad v. 446. adnotavimus), porro ἔχειν, δέχεσθαι (cfr. Thucyd. II, 72.) alia cum duplici accusativo iungi solent, ita ut προσοράν τινα ἄνομον nobis sit: *an (in) Jemandem einen Frevler sehen*. Urgenda enim in verbo προσοράν maxime videndi notio est coll. O. R. v. 175 sq. Deinde cum ex chori sententia nemini omnino liceret lucum illum tangere, quem Oedipus occuparat, quin nefas committeret, non poterat ille ἄνομον ita accipere, ut negaret Oedipus se nefas commisisse, quod locum illum ingressus esset, sed necessario sic debebat interpretari, ut esset homo omnino scelestus sive nefarius. Atque ipsum etiam Oedipum, quem chorus modo et visu horrendum et voce appellasset, primum omnium ita illum placare convenit, ut negaret culpa sua factum esse, talis ut evaderet, id est, ut primum negaret, nefariorum scelerum se reum esse, deinde ut, id quod fecit v. 142 sq., affirmaret, in sortem miserrimam se coniectum esse. De qua re vide quae Oedipus ipse exposuit v. 957—996.

V. 142 sq. οὐ̃ πάνν — πρωτῆς] Cum chorus non sine horrore quodam aperiri sibi voluisset, quis

esset, quem locum sanctissimum intrasse videret, Oedipus nondum respondet, quod nomen suum sit, sed talem se esse ait, qui minime praedicandus sit ob sortem sibi immissam. Infinitivus εὐδαιμονίσαι aptus est quasi ex verbis suppressis τοιοῦτος, ὥστε sive ἄξιος, ita ut hic quidem idem significet atque εὐδαιμονιστέος. Est autem οὐ̃ πάνν (scil. εὐδαιμονιστέος) similiter dictum atque saepe dici solet οὐ̃ μάλα, ita ut sit nulla ex parte, minime. Genitivus μοίρας πρωτῆς i. e. πεπρωμένης (cfr. Lehrs in Herod. p. 133.) aptus est ex verbo εὐδαιμονίσαι; notissimum est autem, verba praedicandi pariter atque dolendi saepe cum genitivo rei coniungi, propter quam aliquis praedicandus vel dolendus sit. Denique substantivo μοίρας aptissime hic addidit Oedipus nomen πρωτῆς (coniuncta autem reperiuntur verba πεπρωμένη μοῖρα apud Herod. I, 91. Eurip. El. 1290. et πεπρωμένη αἴσα apud Aesch. Prom. 103.); illud ut notaret, sortem suam non sceleribus suis partam, sed extrinsecus sibi immisam esse, ita ut cum antea v. 140. scelestum se esse negasset, nunc miserrimum se esse affirmaret. Quamquam autem Oedipus existimandus est nomine μοίρας πρωτῆς praeter caecitatem omnia illa mala comprehendi voluisse, quae v. 427—440. et v. 966—999. ed. m. exposita sunt, tamen chorus, ut ex re-